

Junctura ligat unanimi mentisq̄, toriq̄,  
Et geminans unum, de binis efficit unum,  
Ne modò qui fuerat suus, amplius ille suus sit,  
Sed suus alterius pes fiat, pectus, ocellus.

Quid moror? ille vetat viduo tabescere lecto,  
Postquam primus amor desertum morte reliquit,  
AUGUSTVM, imperij columnen: quo sospite, non dum  
Teutonia fractas res accisasq̄, fatemur.

Quid moror? ille senis iuuenili sanguine venas  
Implet, Et etatis minuit cum mole laborem:

Ascaniaq̄, satam dio de germine Nympham  
Connubio iungit suavi, qua dura senecta  
Fata leuans, tristem obducit solamine luctum.

Credimus? an tantam sors haud incerta salutem  
Conciliat, neq̄, consilio sine numinis, heros

Saxonia, JOACHIME tuos ERNESTE penates

Ingreditur, pactaq̄, torum sibi virginis ambit,

Induiturq̄, procum sceptri grauitate remota?

Credo equidem, nec vana fides, connubia fatum

Hac sancit; fato coeunt in foedera dextra

AUGUSTI Ducis AGNETISQVE binominis

amba.

Ergo latitia nemus omne, amnesq̄, resultant,

Cl-